



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Et Docta Divi Alchimi Aviti Viennensis  
Archiepiscopi, & Claudij Marij Victoris Oratoris  
Massilie[n]sis, poëmata, aliaq[ue] non poenitenda**

**Avitus, Alcimus Ecdicius  
Marius Victor, Claudius**

**Lvgdvni, 1536**

Capvt XI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12149**

Credent experto pœnasq; subire timebunt.  
 Talibus ille quidem,fusis sed in aëra verbis.  
 Nulla etenim meriti post mortē facta potestas.  
 Vos ergo dum vita manet,dum lege vigeatis:  
 Patronusq; ad stat patris ante tribunal Iesus:  
 Nec iam obturatis pulsatur ianua valuis:  
 Dum locus est flendi,dū se clementia Christi  
 Pandit,flete admissa,nec inde admittite flenda.

## C A P V T      XI.

**E**N comperta tibi primi est occasio planctus:  
 Utq; sui casus nunquā reparabilis Adam  
 Pertulit exitiū:passuri nomine Christi,  
 Nam licet eternos meritosq; euaserit ignes:  
 Hęc nimium tamen infelix incōmoda sensit:  
 Perdita ne precib; lachrymis ue reduceret ullis.  
*Incōmoda ex primi parentis delicto.* Extunc paulatim retro sublapsa referri  
 Vita prior,cunctisq; malis laxarier orbis.  
 Tum tristes morbi,& varij subiere dolores:  
 Et corrupta satis dira pinguedine tellus  
 Lœtali quedam suffudit germina succo.  
 Inde truces fæuire ferg,dudum inq; timentes  
 Excitat ad pugnā tunc primū conscientia virtus:  
 Reddit & armatas,vnguis,Deus,vngula,cornu,  
 Ipsa

Ipsa etiam leges elementa resoluere primū  
 Et violare fidem mortalibus omnia certant.  
 Inflatur ventis pelagus, volvuntur & vnde:  
 Excitusq; nouum turgescit pontus in æstum.  
 Tunc primum tectis tetra caligine cœlis  
 Ingratos hominum castigatira labores  
 Grandineos pauidis fuderunt nubila nymbos.  
 Atq; polus discors inuidit germina terris.  
 Quin magis ipsa sibi tellus aduersa negauit,  
 Seminis excepti vertens mentita nitorem.

## C A P V T      XII.

**H**Aec mala tū primū gemini sensere parētes:  
 Posteritas nam quanta ferat dispendia rerū  
 Vix cui vel linguae sint centum, ferrea vel vox  
 Enumerare queat: nec si quem Mantua misit,  
 Mæoniusq; canat diuino carmine vates.  
 Nam quis tot referat motus: quis talia fando  
 Euoluat totos qui voluūt secula fluctus:  
 Arma fremūt, crebra quatitur formidine mūdus,  
 Funditur irriguus sanguis, maiorq; sititur.  
 Quid dicam celsas preclaris cœtibus vrbes  
 In deserta dari: populos populante ruina  
 Dispergi, & lacerum vacuari partibus orbē:

e 2 Seruitio